

5 venditori ea die qua emerit vel forum fecerit de predictis,
sub pena quinque sold. par. pro qualibet libr. par., et satis-
fatiendi expensas eidem venditori, quas fecerit occasione pre-
dicta solvendas, in arbitrio dominii, si querela pervenerit ad
dominium per venditorem.

Cap. CXVII. De prohibicione charicandi per
viam Longare.

10 **P**rohibemus quod nulla persona sit ausa modo aliquo vel
ingenio charizare nec favorem charicandi alicui merca-
tori dare per viam seu stratam Longare et per viam per quam
itur de Zaulis ad Longeram, exceptis propriis mercatoribus
vel charatoribus qui cum suis propriis animalibus valeant
charicare, sub pena quinquaginta libr. par. sine aliqua remis-
sione comuni Tergesti persolvendarum, et etiam amittendi
15 boves sive alia animalia cum quibus charicarent, vel favorem
darent charicandi, et acusator habeat tertium condempna-
tionis et bovorum sive aliorum animalium predictorum.